

## Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 4164

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I. Wien 1799.

271

## C O D I C E S

272

posuisset *Casianum*, forte *Tatianum*,  
seu *Carpianum* potius, ad quem  
*Canones* suos *Eusebius* misit, ut  
notum. *Redeunt hae Tabulae Cod.*  
125. *Univ.* ut supra.

## CLXXXIII.

U. 77

*Codex chartaceus lat. Sec. XV.*  
Folior. 503. 4. currente calamo  
scriptus est *Expositio scholastica*  
*Evangelii Lucae* non ultra C. IV.  
v. 1. progrediens, praemissa pro-  
lixa 'Εισαγωγη, cujus initium:  
*Doctrinam sapientie et discipline*  
*scripsit in codice isto. Eccl. 50.*  
*Vniuersa diuine sapientie et disci-*  
*plice bystoriarum nemora que vetus*  
*obumbrant testamentum &c.* *Ex-*  
*positio ipsa fol. 24.* incipit: *Quo-*  
*niam quidem multi &c. Antequam*  
*ad expositionem et divisionem huius*  
*prologi descendam, primo aduerten-*  
*dum, quod secundum b. augustinum*  
&c. Et tandem finit: *de effetu*  
*contricionis plura moveri possent,*  
*de quibus forte inferius apparebit.*  
*hec de presenti lectione.* Reapte  
multae Quaestiones theologicae  
per decursum tractantur; fucus e-  
nim tam paucorum *Capitum Expo-*  
*sitio* in hanc molem non excrevit-  
set. Tergum *Codicis manu Sec.*  
*XVII.* eam *Michaeli Suchenschatz*  
adscribit, de quo dixi ad *Exposi-*  
*tionem Matthaei Cod. CLXIX.*

## CLXXXIV.

U. 80

*Codex chartaceus lat. Sec. XVI.*  
Folior. 409. 4. scriptus, ut praec-  
cedens, est illius *Continuatio*, vi-  
delicet a C. VI. v. ult. in cuius ex-

plicatione abrumpitur. *Tractatio*  
eadem est. Tergum rursus *Michae-*  
*lem Suchenschatz* praefert; involu-  
crum autem praebent Membra-  
nae quaedam e ritualibus *Hebraeo-*  
*rum* libris decisae, quarum ante-  
rior charactere luculento cum  
punctis vocalibus.

## CLXXXV.

*Codex chartaceus lat. Sec. XV.* U. 148  
Folior. 295. f. non una manu, sed  
bene perscriptus duabus colum-  
nis, et minio distinctus, *Collegio*  
*Ducali* obvenit testamento *M. Jo-*  
*doci Hausner de Nouoforo Juris*  
pontif. et Artium liberal. ut prae-  
notatur, Professoris et ad D. Ste-  
phanum Canonici, qui Vir inter  
annos 1446—64. ter supremus  
Academiae Moderator, teste in  
eadem Ecclesia Epitaphio, 29.  
*Dec. 1477.* obiit. Complectitur  
vero: I. *Lecturam* in aliquot Ca-  
pita *Evangelii D. Lucae*, quae,  
ut fert Rubrica, incipit *capitulo*  
4°. et terminatur *capitulo* 11°. Sed  
vel ipsum C. IV. mancum est; in-  
fit enim: *potest facere sine alterius*  
*nocumento dyabolus*, ergo de per-  
sona dubitat, imo conditionaliter  
dicit, si filius Dei es &c. Neque  
etiam C. XI. emititur *Expositio*,  
sed fistit in v. 28.

II. fol. 85. *Incipit exposicio*  
*Haymonis super Apokalipsym.* Ita:  
*Legimus in Ecclesiastica bystoria*  
*Beatum Johannem a domiciano im-*  
*piissimo cesare &c.* Et finit: *et in*  
*gratia terminum poneret.* Ut sae-  
pius a me relata, et typis vulga-  
ta, v. g. *Parisiis 1531. 8.*

III.

2025-07-01

## Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 4164

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I. Wien 1799.

273

## HERMENEUTICI.

274

III. fol. 187. Sequitur formacio sermonum. Brevis institutio sacri Oratoris hoc ingressu: Notandum quod octo modis potest aliquis ha-

bundare in themate et illud predi- cando dilatare, qui continentur in duobus versibus:

*Exponas thema, distingue, proba, rationes,  
Addas, conuenias, conuertas, proprietates.*

Qui modi singillatim deinceps exponuntur.

IV. fol. 188. Sequitur nicolaus de lyra super *Evangelium Missus est angelus*. Aliqua hujus Expositionis ex illius *Postillis* delibata sunt, plura ab his abeunt. Memorantur in *Lirani Avendotoris Quodlibeta Theologica*, memorantur et *Sermones de Tempore*, unde aliqua fortassis horum Particula sit.

V. fol. 193. Incipit liber *Meditationum Boneventure*. Additur ad calcem: et intitulatur *ymago vite eterne*. Atque ita adpellatur etiam in edit. *Lugd. Opp. omn. 1668. T. VII. p. 105. f.* ubi praeterea etiam *Soliloquium* dicitur, vocandum potius *Dialogus*, quoniam in eo *Anima et Homo* sermonem conserunt. Initium est: *Flecto genua mea ad patrem Domini mei ihesu christi &c.* Quae in Editis IV. *Capita*, nobis totidem *Meditationes* sunt, earumque Contenta sub finem lucido *Registro* exponuntur. Opusculum ipsum jam *Vol. I. P. I. col. 322.* relatum est.

VI. fol. 208. Incipit *tractatus Bonus de celebratione sex sumpcione Ekkaristie*. Initium: *Multorum tam clericorum quam laycorum querela est non modica &c.* Dialogus inter *Rationem et Conscientiam* *Vol. et P. mox cit. col. Denis Codd. Theol. V. II. P. I.*

1088. et alias indicatus autore Matth. de Cracovia sive *Krokow*.

VII. fol. 216. p. 2. *Incipit Tractatus de corpore christi*. Thema praefixum: *Memoriam fecit mirabilium suorum &c.* Pf. CX. 4. Initium: *In isto sermone tres sunt virtutes principales preclare ex quibus princeps principaliter solet laudari scilicet potentia clementia et magnificentia &c.* Institutio de S. Coena, in qua vix aliquid defideres. *Anselmum et Hugonem citari video*, et memorari *Waldenses*; nihil vero de controversia duplicitis Speciei. Ex illo loco: *beatus franciscus monuit pre cunctis reuereri sacerdotes, et atten- dens ideo ad tantam dignitatem non fuit ausus recipere sacerdotium; conjiciat quis, Autorem ad illius familiam pertinere. Extrema sunt: cuius felicitatis nos efficiat participes ihesus crucifixus qui in celis viuit et regnat in sec. sec. Amen.*

VIII. fol. 222. p. 2. *Incipit Liber ysidori venerabilis doctoris de Summo Bono. Triplex*, et in edit. Paris. *Jac. du Breul 1601. f. p. 617.* inscriptus *Sententiarum L. I. II. III. Titulum illum de Summo Bono temere nactus videtur a verbis initii: Summum bonum Deus est. Saepius a nobis indicatus, in Exemplo praesente probe inte-*

S ger

## Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 4164

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I. Wien 1799.

275

C O D I C E S

276

ger est; lectione tamen infra Edita, a quibus etiam Capitum divisione quandoque abit. Ita L. I. c. 16. *De Ecclesia et Haeresibus*, nobis in duo distinguitur. L. III. c. 19. *De Humilitate*, et c. 20. *De Tempore* (Tepore) Monachorum nobis invertitur; c. 50. *De Patientia Principum* nobis in duo secatur; item c. 51. *Quod principes legibus teneantur*. Cap. 52. *De Judicibus* plane abit in tria. Ad calcem adjectus est *Capitum Index pro omnibus III. Libris*.

IX. fol. 267. p. 2. *Quare pauperes commixti sunt in politicis* (Poliis, Rebuspubl.) diuitibus. *Hainrici de Hassya*. Et iterum: *Incipiunt aliqua capitula de contractibus*. Geminus de *Contractibus Henrici nostri* Tractatus norunt Eruditi, nosque non semel indicavimus. En tertium, cuius recitabo Capita: I. audisti. II. *De quibus prouidere habent, qui praesunt policiis*. III. *Quod sub precepto cadit, de his que supersunt, indigentibus subuenire*. IV. *Ostenditur tribus exemplis, quod difficulter quis excusat a transgressione precepti Dei*. V. *Quod mutuare gratis cadit sub precepto et quod usura sit mortale peccatum*. VI. *De peccato usure iudeorum et christianorum tempore*. VII. *De reliquijs duorum populorum scilicet gentilibus et ysraelitis*. VIII. *Quare iudei cobitant christianis*. IX. *Cause, quare iudei cobitant christianis*. X. *De tribus modis quibus Judei a christianis teneri consueverunt*. XI. *Tanguntur aliqua mala que eueniunt ex vita iudeorum*. XII. Secun-

tur *questiones super contractus*. Hae sunt numero XXXII. et fortassis illae, quae haberi dicuntur ad calcem Opp. *Gersonis* edit. *Colon. 1484*. f. ab *Oudino T. III. p. 1261*. Videat, cui ad manum est isthaec Editio. Mihi *Tomum III. edit. 1488*. consulenti oblatus est quidem in *Indice* earum Titulus, Quæstiones tamen ipsæ cum tota Adpendice ibi promissa a Typographo omissæ sunt, Editio vero 1489. 4. sincerior jam etiam Titulum ex *Indice* sustulit. Est porro harum Quæstionum initium: *Vtrum secularis potestas possit aliquo Statuto redditus cleri antea iuste habitos mobiles facere per redempcionem uel alias diminuere*. Totius autem Tractatus: *Et si plus unus quam alter teneatur, Omnes tamen aliquid superhabentes ad beneficia mouere debet, quod non ob aliud pietate Diuine prouidencie factum est, quod pauperes commixti sunt diuitibus, infirmi sanis, ignorantes scientibus &c. C. 2. reprehenduntur Magistratus, qui presunt, ut sibi prouideant, qui curant, quod alij patientur, dummodo ipsis ditentur, qui muneribus receptis permittunt iniquis contractibus grauari, qui fraudes mensurarum non puniunt, qui quoslibet auaros res utiles claudere permittunt, qui tempore necessitatis res adduci prohibent, qui tunc res utiles de regione abduci permittunt, qui statuta sibi utilia faciunt et non communitati, qui iuxta exigenciam defectus uel babundancie uel mediocritatis rerum precium racionabile venalibus non*

## Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 4164

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I. Wien 1799.

277

## HERMENEUTICI.

278

*non imponunt. Per decursum Ju-  
daeи, eorumque Protectores non  
parum vapulant. C. 10. legas :  
Si Judei ut Christiani laborarent  
in agris et siluis et aquis et artifi-  
cijs ut in mercimonijs, vexatione  
intellectum dante cicius conuerteren-  
tur &c. Tractatio tota lectu digna  
est, variaque offert, quae non ante IV. jam Secula scripta fuisse  
videantur.*

X. fol. 271. p. 2. *Hec sunt  
scripta Magistri Johannis Rewtter  
decretorum doctoris super questio-  
nes de contractibus. De hoc Viro  
nil inveni, nisi gestum ab eo anno  
1404. Decanatum Jurid. Facul-  
tatis. Judicium, quod ab eo hic  
fertur, incipit: Supra scripte que-  
stiones formate per magistros bre-  
uiari et redigi possent ad infra scri-  
pta ex quarum determinatione ap-  
paret etiam decisio aliarum &c.  
Versatur autem circa Jura Princi-  
pis in Bona cum ecclesiastica, tum  
profana sibi Subditorum in ordine  
ad statuendos Census, eorumque  
redemptionem.*

XI. fol. 273. *Incipiunt aliqua  
capitula de tractatu libri Reinheri  
(Sacconi O. P.) primo De caussis  
heresis. Jam super. Vol. col. 1079.  
1264. 1609. de hoc Autore,  
ejusque Opere in Germania refe-  
sto et interpolato diximus. Capi-  
ta, quae hic deinceps extant, sunt:  
Blaspemie. Heretici dampnant  
omnia sacramenta. De penitencia.  
De Vnde extrema. Errores  
circa conscientias Ecclesie. Quo-  
modo heretici noscuntur. Qualiter  
heretici se ingerunt Dominis. De  
Modo Examinandi hereticum. In-*

*terrogacio. In publica Inquisitione  
sic fit. Que sint contra fidem ka-  
tholicam. Quatuor falsa sacra-  
menta katharorum. Decretalis contra  
hereticos. Exemplar etiam istud  
Germaniae adaptatum fuisse, pa-  
tet statim c. 1. ubi dicitur Haere-  
ticus quidam nocte tempore yemali  
per aquam que dicitur ybsa nataffe,  
item: Psalmis etiam tytulos impo-  
nunt, sic Eructauit der maide psalm,  
Exurgat der rachsalm, De profun-  
dis der resalm &c. et multa alia  
lectu curiosa.*

XII. fol. 284. *Quaestiones in I.  
Librum Sententiarum hoc initio:  
Circa primum librum sententiarum  
queritur &c. Thecae interius ve-  
stitae sunt membranis Talmudicis  
eleganter exaratis.*

## CLXXXVI.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. U. 198  
Folior. nunc 362. 4. commode  
scriptus et in tergo insignitus: To-  
mus III. Commentar. in Lucam,  
fusam, multisque ad varia fidei,  
morumque capita digressionibus  
interspersam hujus Evangelii ex-  
plicationem continet, a fine Cap.  
VI. usque ad Cap. X. v. 25. por-  
rectam. Caput VII. fol. 4. ita in-  
cipit. Cum autem impletisset omnia  
verba sua &c. Istud est capitulum  
septimum evangelij luce et conti-  
nuatur ad precedentia secundum  
ny. de lira per hunc modum. Post-  
quam in superioribus b. lucas de-  
scripsit christi instructionem &c.  
Leetam pro Scholis Viennensis  
non dubito. Ad marginem fol. 32.  
ubi de Extaticis agit Commenta-  
tor,